

pingit Guido Carmelita. Hi autem Cathari, qui ista docent, non sunt illi qui alias dicuntur Novatiani, sed alii Novatianis posteriores, qui ad Manichæorum familiam pertinent, quos August. non Catharos, sed Catharistas appellat. Nam August. in lib. de hæresi cap. 46. de Manichæis differens, dicit illos in tres partes esse divisos. Quidam dicti sunt Manichæi, nomen auctoris servantes; Alii Macarii: Alii Catharistæ, hoc est, mandatores, sive purificatores, propter quasdam horrendas & execrandas purificationes, quas faciebant. Isti aliquamdiu extincti, tandem post aliquot sæcula surrexerunt in Alemania, sub Imperatore Frederico I. & vocati sunt Cathari, & melius vocarentur Catharistæ, ut Aug. eos appellat: quia illi non mandati, sed mandatores erant. Priscillianus etiam carnes tantquam immundas efcas debuit. Græci etiam (ut Guido illis impingit) damnant eos qui comedunt de suffocatis, aut alias carnes in lege veteri prohibitas. Contra hos omnes clamat scriptura sæpissime. Primo dominus ad Moysen loquitur, (Exod. 12.) quæ suo nomine filii Israel dicturus sit, in hunc modum: *Decima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias & domos suas. Sin autem minor est numerus ut sufficere possit ad vescendum agnum: assumet vicinum suum qui conjunctus est domui ejus, juxta numerum animarum quæ sufficere possunt ad esum agni.* Ecce vides qualiter dominus præcipit comedere agnum. Quod si carnes malæ essent & immundæ, Deus nullo pacto præcepisset. Præterea Deus præscribens leges eorum, quæ comedere poterant filii Israel per Moysen loquitur, dicens: (Lev. 11.) *Hæc sunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ: Omne quod habet divisa ungulam & ruminat in pecoribus, comedetis.* Eandem sententiam in reiteratione legis, hoc est, in Deuteron. replicat cap. 14. dicens: *Hoc est animal quod comedere debetis: Bovem, & ovem, & capram, & cervum, & capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, Orygem, camelopardalum.* Omne animal quod in duas partes dividit ungulam & ruminat, comedetis. Sed quoniam impii Manichæi vetus testamentum rejiciunt, dicentes illud à quodam malo Deo esse factum, de quo errore alias disputabimus, ideo testimoniiis novi testamenti opus est ut nostram rem firmemus. Et primo omnium tuba apostolica, videlicet Paulus, pro nobis clamat in ea quæ est ad Roman. epist. cap. 14. dicens: *Scio, & confido in domino Jesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est.* Commune hic vocat Apostolus cibum immundum, & lege divina prohibitum: sicut alibi dixit Petrus Apostolus: (1. Cor. 8.) *Commune & immundum nunquam manducavi.* Et post prædicta Paulus eodem loco subjungit: *Omnia quidem munda sunt: sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.* Hoc autem dicit Paulus, quia propter vitandum scandalum in proximo, debet homo à carnibus abstinere, si videt alium scandalizari ex esu carniū, sicut alibi ait: (Rom. 14.) *Si fratrem meum scandalizo, carnes non comedam in æternum.* Et in eodem priori loco eandem persequens sententiam Paulus, subjungit: *Qui autem discernit si manducaverit, damnatus est: quia non ex fide.* Tatianus ergo & Manichæus & Priscillianistæ & Cathari damnati sunt juxta Paulum, quia manducantes discernunt cibos, putantes aliquibus non esse vescendum. Præterea in epist. 1. ad Timoth. 4. hoc clarius exponit, dicens: *Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum, in hypocritæ loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam con-*

scientiam, prohibentium nubile, abstinere à cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognoverunt veritatem: quia omnis creatura Dei bona est, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificat enim per verbum Dei, & orationem. Jam quæso, quid his verbis apertius dici poterat. Rursum, confirmat hanc sententiam visio Petri de qua sic dicitur in Actib. Apost. cap. 10. *Et cum esuriret Petrus, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus: & vidit cælum apertum, & descendens vas quoddam velut linteam magnum, quatuor initiis submitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia & serpentina terra, & volatilia cæli. Et facta est vox ad eum, Surge Petre: occide, & manduca. At autem Petrus, Absit Domine, quia nunquam manducavi omne commune aut immundum. Et vox iterum secundo ad eum, Quæ Deus purificavit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum est per te. Et statim recepit vas in cælum. Hæc ibi. Deinde ipse Christus (ut omnes Evangelistæ testantur) comedit agnum paschalem. Si autem carnes ex se essent immundæ & illicitæ, Christus totius perfectionis & virtutis exemplum, nunquam comedisset. Accedit ad hæc omnia Ecclesiæ in hac parte Concilium. Concilium namque Bracarense primum, capite quatuordecimo suorum Decretorum sic definit: *Si quis immundos putat cibos carniū, quas Deus in usum hominum dedit, & non propter afflictionem sui corporis, sed quia immunditiam putaverit, ita abstinere ab eis, ut nec olera cocta cum carnibus pergustet, sicut Manichæus & Priscillianus docuerunt, anathema fit.* Hæc Concilium. Post tam expressa scripturæ sacræ & Ecclesiæ testimonia, non est quod jam amplius de hac re disputemus. Verum superest, ut respondeamus cuidam objectioni, quæ pro errore Græcorum valde adduci solet. In Concilio siquidem ab Apostolis Hierosolymæ celebrato, de quo in quatuordecimo cap. Act. Apostolorum fit mentio, cum de hac re fieret disputatio, sic lata est sententia: *Vsum est enim Spiritui Sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria: ut abstinatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes vos, bene agetis.* Hæc ibi. Quæ verba nullo modo nostræ sententiæ repugnant, quoniam illa ab Apostolis pro tunc prohibita sunt, & non quia ex se mala, aut quia lege divina interdicta: sed prohibita sunt propter Ethnicos, qui noviter convertebantur, ad fidem. Judæi enim maxime horrebant comedere immolata simulachrorum, sive idolothyta, & suffocatum. Apostoli autem timentes ne Judæi conversi, occasione cibi quem horrebant, separarentur à communione fidelium, præceperunt fidelibus ut ab illis cibis abstinere, ne occasione cibi perderent fratres, quos forte ad dominum possent convertere, à talibus cibis abstinendo. Hoc autem ita esse facile convincimus. Nam ut de cæteris taceam, inter cibos illic annumeratos sunt immolata simulachrorum, de quibus Apostolus dicit esse licitum comedere, modo non sit conscientia idoli: id est, dummodo hoc propter idoli reverentiam non faciat, credens forte aliquid numinis esse in dolo. Sic enim ait in 1. ad Corinth. epistola cap. 8. *De esis autem quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quod nullus est Deus nisi unus. Nam estis sunt qui dicitur, sive in cælo, sive in terra (siquidem sunt dii multi, & domini multi) nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Sed non in omnibus scientia. Quidam autem cum**

conf-

conscientia usque nunc idoli, quasi idolothymum manducant: & conscientia ipsorum cum sit infirma, polluitur. Esca autem nos non commendat Deo: Neque enim si manducaverimus, abundabimus: neque si non manducaverimus, deficiemus. Videte autem ne forte hac licentia vestra, offendiculum fiat infirmis. Hæc Paulus. Ex quibus verbis clare patet, licitum esse comedere ea, quæ immolata fuissent idolis, modo conscientia idoli non adesset. Verum est hoc ei esse licitum, si videret alium ex hoc scandalizari, à cibo alias licito debere abstinere, ne fratrem suum occasione cibi perderet. Nullus est ergo cibus nobis divina lege prohibitus: sed juxta licentiam nobis à Salvatore datam, de omnibus cibis qui apponuntur nobis, licebit manducare. Secunda est hæresis huic proxime opposita, quæ asserit, quoslibet cibos quoslibet etiam die, omnibus sine omni discrimine esse licitos, quantumlibet per Ecclesiasticas sanctiones fuerint prohibiti. Hæc est hæresis Joviniani, ut patet ex Augustino, libro de Hæresib. ad Quodvultdeum, cap. 82. Hic Jovinianus Monachus fuit Romæ tempore beati Hieronymi, contra quem idem Hieronymus scripsit. Est etiam error Vvaldensium, qui tempore quadragesimæ carnem, & ova, & reliqua prohibita comedebant, dicentes nullum esse peccatum hoc facere, imo dicebant Ecclesiam non posse talem ciborum abstinentiam præcipere, & in tali abstinentia à carnibus dicebant nullum inesse meritum. Hunc eundem errorem hoc nostro tempore amplexati sunt Lutherani, qui omni feria sexta, & sabbato, & in omnibus diebus quadragesimæ carnes esuræntate comedunt. Audivi ipsemet hoc mense, quo hæc scribo, videlicet in mense Maio, anno Domini M. D. XXXIII. à quodam viro probo Coloniensi, quod ipse eunte ad nundinas, quæ habentur Francfordiæ, quæ civitas est superioris Germaniæ, tempore quadragesimæ in quolibet ferme oppido ante Francfordiam nullus cibus illi, aut focis ejus, aut quibuslibet aliis advenientibus dabatur ab hospitibus, præter carnes: quas si aliquis respuebat ob temporis reverentiam, & Ecclesiæ statum, nullo modo illi volebant aut panem, aut vinum venale tribuere. Francfordiæ autem dicebat mihi rem miris agi propter nundinas, quæ tunc tempore quadragesimæ ibi habebantur, ut libentius ad illas quisque veniret. Dicebat enim toto tempore quadragesimæ carnem simul, & pisces omnibus propinari: neminem tamen ad aliquem cibum cogi, sed liberam cuique manere facultatem edendi quod libuisset. De eadem autem hæresi suspicionem non modicam præbuit multis Erasmus Roterodamus, vir utinam tam pius quam doctus: nescio an plene, & recte ab hac re purgaverit suspicionem: nam in multis suis scriptis apertissime hanc videtur docere sententiam: à quibus unum, & alterum indicabo lectori, ut ex illis coniciat quid ille velit. In epistola præposita paraphrasi primæ ad Corinthios, sic ait: *Mihi purior Christianismi videtur, magisque consensu Evangelicæ, & Apostolicæ doctrine, si nullo certum cibi genus præscribatur: sed admoveantur omnes, ut quisque pro corporis habitu vescatur, quæ maxime conducunt bone valetudini: non ad luxum, sed ad sobrietatem cum gratiarum actione, ac studio bonæ mentis.* Hæc Erasmus. Et in paraphrasi octavæ capituli primæ ad Corinth. sic ait: *Approbo quod dicit: Esca non commendat nos Deo. Cum enim Deus univèrsa creaverit ad usum humanos neque quicquam à nobis exigat: præter vitæ pietatem, quid illud reser-*

Tom. I.

picium, an quadrupedum, an volatiliam, carnibus vescamur? Nihil enim pietati quicquam, vel addit, vel adimit horum delectus: superfluum facere potest, pium nequaquam. Christus nullum horum discrimen docuit. Proinde temeritas sit, si quis hominibus, conculquemquam hujusmodi constitutionibus onerare. Pro suo quisque corporis affectu vescatur quibus velit, modo sobrie parceque, super omnibus gratias agens Deo: Hucusque Erasmus. Candidum lectori obtestor per Christi passionem, & illius supremum judicium, ut omni affectu procul femoto, consideret quid ex his Erasmi verbis colligi possit. Nonne hic apertissime, & luce clarius docet, nullum esse meritum in ciborum delectu in abstinentia à carnibus, & lacticiis? immo dicit esse puriore Christianismum, & magis evangelicæ, & apostolicæ doctrinæ consentaneum, à nullo cibi genere abstinere. De hac re fuit à Parisiensibus theologis communi illorum censura notata. Sed illorum censura sic ille respondit, ut non videatur de hujus hæresis suspicione se male purgasse. Nam etsi factum non nolle præpositorum Ecclesiæ obedientiam tradere, nequæ velle, ut quisque pro libito contra Ecclesiæ statuta vescatur carnibus, aut aliis cibis tempore quo ab Ecclesiâ sunt interdicti: tamen in ea sententia perstitit, ut dicat nihil proficere ad pietatem ciborum discrimen: & magis Christianæ doctrinæ conforme, si talis ciborum delectus statuto Ecclesiæ tolleretur: quoniam (ut ait) Christus nullum ciborum delectum docuit. Admittit etiam carniū abstinentiam, sed hanc liberam esse optat: ut quisque suo arbitrio, & non lege cogente à carnibus abstinere. Nam in responsione ad primam de hære Parisiensium censuram, sic ait: *Arbitror autem puriorem fuisse Christianismum temporibus Apostolorum, ad Martyrum, quam nunc, quando sic refrigit hominum charitas. At illis temporibus, cum nullum esset præscriptum ciborum discrimen, plures ultra abstinere à carnibus, quam nunc: faciant coacti lege. Hæc Erasmus. In quibus verbis satis aperte indicat, bonum esse abstinere à carnibus: sed malum esse alios ad hoc faciendum lege cogere. Et si ita sentiat in alium errorem labitur similem errori Aerii, qui dixit non esse bonum hominem ad jejuniū cogere: sed liberam fore cuique cum voluerit jejunare. Sed de hoc Aerii errore infra in titulo De Jejunio, hæresi secunda disputabimus. Hoc ergo errore dimisso, ad priorem hæresim de ciborum delectu revertamur. Hujus hæresis expugnatio quæ alibi quod infra discutiemus pendet, videlicet an Ecclesiâ possit aliquam legem de novo statuere, de qua re dicemus infra in titulo De Ecclesiâ. Verum quantum pro nunc possumus differemus. In veteri instrumento reperimus laudatam abstinentiam aliquorum ciborum, & potitum, qui etiam lege divina non erant prohibiti. In lib. namque Numerorum, cap. 6. talis describitur lex Nazaræorum: *Vir, sive mulier cum fecerit votum ut sanctificetur, & si voluerit Domino consecrari vino, & omne quod inebriare potest, abstinere. Accitum, & vinum, & ex qualibet alia potione, & quicquid de uba exprimitur, non bibent: ubas recentes siccasque non comedent cunctis diebus, quibus ex voto Domino consecrantur, quidquid ex vinea esse potest, ab uba passa usque ad acetum non comedent.* Sed ad hoc, & ad alia, quæ de veteri testamento asserti possunt, respondebunt forte, in veteri lege fuisse licitam, immo meritoriam talium ciborum abstinentiam, quia per illam obedientia præstatur domino illam præ-*

I i

ci.

ter locus, addidit: *Hic est verus Deus, & vita aeterna.* Quibus verbis nihil objici potest. Præterea ipsemet Christus ait: (Joann. 10.) *Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, ipsa testimonium perhibent de me.* Videamus ergo opera ejus, & discutiamus num ex eis poterimus convincere Christum esse Deum. Primo quidem peccata dimittit. Cum enim paralyticum quemdam Christo offerrent aliqui, ut ab illo sanitate donaretur, eorum fidem ut vidit Jesus, dixit: (Luc. 5.) *Homo, remittuntur tibi peccata tua.* Remittere autem peccata soli Deo convenit. Nam et si sacerdotibus peccata dimitrant, hoc faciunt ministerio quodam, non auctoritate ut Salvator fecit. Præterea cogitationes hominum cognoscit. Hoc autem duplici testimonio comprobamus. Cum enim Pharisei, & Scribæ audissent Christum paralyticum dicentem: (Luc. 5.) *Remittuntur tibi peccata tua: cæperunt cogitare, dicentes: Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? ut cognovit autem Jesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris, &c.* Et iterum, cum ejecisset ab homine quodam demonium mutum, quo ejecto, cum loqueretur mutus, & admirarentur turbæ, quidam ex eis dixerunt: (Luc. 11.) *In Beelzebub principe demoniorum ejicit demonia. Et alii tentantes, signum de celo quærebant ab eo. Ipse autem ut vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum divisum desolabitur, &c.* Jam vides Christum insipientem cogitationes hominum. At solus Deus est qui illas inspicere valet. *Homo enim* (ut est in 1. Regum, cap. 16.) *videt ea quæ foris patent. Dominus autem intuetur cor.* Et Propheta Regius ait: (Psal. 7.) *Scrutans corda, & renes Deus.* Rursus, miraculorum claritas quæ Christus operatus est, eandem astruit nature divine in Christo fidem. A sæculo non est auditum quia quis aperuit oculos cæci nati: qualiter Christus aperuit imponens lutum super oculos ejus. Qui postmodum in utroque homine jam sanus, dicebat: (Joann. 9.) *Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam.* Veriorem habet fidem de Christo hic cæcus, quam Cerinthus, aut Ebion, aut Paulus Samosatensis, aut Photinus, & reliqui ejusdem farinae. Et ut alia miracula omittamus, de mortuis ab eodem suscitatis dicamus. Suscitavit Lazarum verbo solo, dicens: (Joann. 6.) *Lazare veni foras.* Suscitavit filium viduæ etiam solo verbo, dicens: (Luc. 7.) *Adolescens tibi dico surge.* Et filiam Archisynagogi, non solum verbo, sed tactu manus. Sic enim ait Matthæus, cap. 9. *Et cum ejecta esset turba, intravit, & tenuit manum ejus, & dixit: Puella surge. Et surrexit puella.* Jam cum pacto non est vita secundum naturam, cui mortui obediunt? qui non solum sermone mortem potuit repellere, sed tactu manus? ostendens per hoc vivificum esse suum corpus: quod esse non poterat, nisi quia conjunctum erat vitæ, scilicet divinitati, in qua omnes vivimus, movemur, & sumus.

Jam videamus, quis est qui potest solo imperio, & sermone à morte revocare ad vitam, nisi solus Deus? quoniam et si homines quoque suscitaverint mortuos, non in sua tamen virtute hoc fecerunt, sed in Christi nomine. Aliud siquidem est rogare, aliud imperare, aliud est mereri, aliud donare. Helias quidem suscitavit, sed orans, non imperans. Helisæus etiam cum filium Sunamitis suscitavit, (4. Reg. 4.) prius clauso ostio orat. Quod autem mortuo configuratur, & tactu corporis suscitatur, factum est ut typus esset, & figura venturi, qui in carne humana existens etiam mortuus ipse, & sepultus, mortuos suscitare posset. Petrus etiam cum Tabitam sus-

citavit, prius positus genibus pravit, & postea conversus ad corpus, dixit: (Act. 9.) *Tabita surge.* Et cum Æneam paralyticum ab annis octo jacentem in lecto, sanavit, sic illi loquitur: (Ibidem) *Ænea, sanet te dominus noster Jesus Christus. Surge, & sterna tibi. Et continuo surrexit.* Vides ibi expressam deprecantis vocem, non imperantis: sed de sua virtute, & potestate diffidentis, & in potestate Domini Jesu Christi confidentis. Et cum claudi pedes in egressu templi elemosinam petentis consolidasset, ait: (Act. 3.) *Argentum, & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula.* Vides qualiter non in suo nomine facit, sed in Christi nomine. Quapropter etiam verbo imperativo usus est, non ut presumens de sua potestate hoc facit, aut de auctoritate suæ præceptionis, sed confidens de merito, & Christi promissionibus, qui illis dixit: (Joann. 13.) *Si quid petieritis. Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Quid ergo hic hæretici respondere possunt? Si in nomine Christi Petrus imperat, nonne multo melius idem Christus suo nomine imperare poterit? Sed obstat, quia Christus etiam rogat Patrem, & hoc tantum semel, aut iterum, verum sæpissime facit. Fatemur quidem quod obijciunt. Rogat quidem Christus ut homo: imperat ut Dei Filius. Rogat etiam propter circumstantes, cum videlicet aliquid coram eis acturus erat, ne sinistra quid suspicarentur de eo, sicut alias Phariseos de eo dixisse constat: *In Beelzebub principe demoniorum ejicit demonia.* Ne quid ergo tale de eo suspicarentur cum aliquid coram eis magnificum, & illustre operatur erat, rogat Patrem, ut crederent illa Dei virtute operari. Rogat ergo Patrem ut homo, qui poterat imperare ut Filius Dei. Demum ut jam concludamus, ipse Christus Spiritum Sanctum se datum Apostolis promittit. Qui ergo Spiritum Sanctum qui etiam Deus est (ut infra Deo duce convincemus) mittit, & Apostolis donat, nonne oportet ut ipse etiam sit Deus? Alioquin Deus à pura creatura, & mitteretur, & daretur: quod impium esset asserere. Christus ergo verus Filius Dei, non adoptione, sed natura, veram habet divinitatis substantiam. Opera namque ejus testimonium perhibent de ipso. Unde ipsemet Judæos redarguens, ait (Joann. 15.) *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius facit, peccatum non haberent.* Præter hæc omnia tam aperta scripturæ sacræ testimonia, extant etiam plurimum Conciliorum de hac re definitiones, per quas catholica Ecclesia quid nos secundum veram fidem de Christo sentire oporteat manifestavit. Verum hæc Conciliorum definitiones usque ad sequentis hæresis ex pugnationem differimus. Ibi enim ostendemus contra alios hæreticos veritatem naturæ humanæ in Christo, & tunc adjiciemus Conciliorum definitiones, consentientium duas naturas in Christo, videlicet divinam, & humanam in unitate personæ. Contra hanc hæresim plurimi ex antiquis scripsere. Ambrosius fecit volumen de Fide ad Gratianum, quinque libris partitum, in quo ostendit Christum verum Deum Patri æqualem. Beatus Cyrillus fecit librum De recta fide ad Reginas, in quo idem probat.

Secunda hæresis est, quæ negat Christum habuisse naturam humanam, sed unam tantum in eo ponunt, naturam videlicet divinam, sicut & unam personam. Hæc autem hæresis in multas adhuc factiones scinditur. Solemne est enim hæreticis, ut numquam sciant tenere unitatem. Quidam enim ex eis simpliciter, & absolute negaverunt Christum humanam habuisse naturam. Hujus erroris auctor fuit Cerdon, ut Augustinus ait in libro de

He-

Hæresibus, cap. vigesimo primo. Irenæus tamen in libro primo adversus hæreses, cap. 28. de hoc Cerdone loquens, quem dicit fuisse tempore Higinii Papæ, qui fuit novus à beato Petro, & ejusdem Cerdonis errores ibidem recensens, numquam hunc errorem illi impingit. Augustinus vero refert Cerdonem ita docuisse, ut dixerit Christum, neque natum ex femina, neque habuisse carnem, neque vere mortuum, neque quicquam passum, sed simulasse passionem. Hunc errorem longo post tempore secuti sunt Proclianitæ, quos Philaster dicit fuisse Galatas. Hi, ut Philaster, & Augustinus testantur, dixerunt Christum non venisse in carne. Apelles autem, de quo Eusebius lib. 5. cap. 13. mentionem facit, docuit, sicut Augustinus, & Philaster testantur, Christum carnem suam non de Matre sumpisse, sed eam ex elementis accepisse, quam resurgens ex mortuis, mundo reddidit, & ita sine carne (ut ait) in cælum ascendit. Manichæi huic simillimum errorem tutantur, dicentes Christum non fuisse verum hominem, sed phantasticum, & phantasma quoddam, nec ex utero Virginis prodidit. Hunc Manichæorum errorem amplexatus est Priscillianus, qui (ut constat ex quadam epistola Leonis Papæ hujus nominis primi) nec natalem Domini secundum carnem, nec diem resurrectionis illius pie veneratur: propterea quod Christum verum fuisse hominem non credebat. Alii autem dixerunt Christum verum fuisse hominem, non tamen ejusdem naturæ nobiscum, quia (ut dicunt) Christus à Patre missus, corpus cæleste secum traxit, nihilque de Virgine accepit, sed per illam tamquam per rimam quamdam, aut per fistulam sine ulla carne de ea assumpta transit. Hujus erroris dux, & magister fuit Irenæus, qui floruit tempore eodem quo Cerdon, ut ait Irenæus, lib. 3. Adversus Hæreses, cap. 4. Apollinarius (ut Augustinus ait) etiam dixit Christum non assumpsisse carnem ex Virgine: neque tamen ideo negabat Christum carnem habuisse: quoniam dicebat in ipso incarnationis opere aliquid verbi in carnem esse conversum.

Hic ex Laodicea Syria fuit ortus, floruitque sub Constantino filio Constantini majoris. Qui de illo plura nosse cupit, legat historiam tripartitam, lib. quinto cap. 41.

Hi ergo omnes quos enumeravimus hæretici conveniunt in unum adversus dominum, & adversus Christum ejus: quoniam illi omnes, et si diversis semitis incedant, ad hunc tamen scopum omnes tendunt: ut Christum verum, & perfectum hominem, cujusmodi nos sumus, negent: quapropter humanam naturam quæ sit ejusdem speciei cum nostra, ab illo separare contendunt. Contra hos ergo omnes simul pugnare oportebit. Cum enim ostenderimus ex sacris litteris Christum veram carnem ex Virgine Matre, & non aliunde assumpsisse, quam carnem in sua propria substantia manentem, suæ deitati univert, salva utriusque naturæ proprietate: omnes tunc hæretici præfati victi remanebunt. Sed ante omnia opus est, ne forte in vanum laboraverimus, ut unum hoc Ebraicum fundamentum, veritatem humanæ naturæ in duabus substantiis consistere, corpore videlicet, & anima rationali, nec aliud esse hominem quam corpus, & animam. Hoc ergo jacto fundamento, sic hostes nostros aggredimur. Christus est ex femine Abraham: non est autem semen Abraham secundum divinitatem, ut clarissime patet, erit ergo secundum humanitatem. At in humanitate nihil est aliud quam corpus, & anima. Cum ergo anima non fiat ex propagine, ut supra contra Apollinarem evicimus, restat, ut juxta

carnem sit semen Abraham. Si ergo caro ejus est semen Abraham, convincimus ut caro ejus non sit de cælo, quemadmodum Valentinus fabulatur. Si enim de cælo secum corpus traxisset, fieri nequiret ut esset semen Abraham. Quod autem Christus sit semen Abraham, & ex femine Abraham secundum carnem natus, ostendit id quod in Genesi, cap. 22. legitur dictum esse Abraham à Deo per Angelum. *Per memetipsum juravi, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem, & non peperisti filio tuo unigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellæ cæli, & velut arenam quæ est in litore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ.* Ut autem de intellectu horum verborum non contendamus, audiamus Apostolum Paulum, qui in epist. ad Gal. cap. 3. illa verba in hunc modum declarat: *Abraham dictus sunt promissiones, & semini ejus.* Non dicit, & seminibus ejus, quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo, qui est Christus. Præterea in epist. ad Rom. cap. 1. Paulus vocat Christum semen David. Sic enim ait: *Paulus servus Jesu Christi, vocatus Apollolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ex femine David secundum carnem.* Vides hic expresse Christum juxta Apostoli sententiam factum esse ex femine David. In eo autem quod addidit secundum carnem, innuere voluit aliam esse Christi naturam, nempe divinam, secundum quam non sit factus ex femine David. Nam si sola fuisset in Christo humana natura, sufficiebat dicere, qui factus est ex femine David. Verum ne quid simile opinandi præbuisset occasionem, dixit: *Qui factus est semine David secundum carnem, ut per hoc daret intelligere aliam esse in Christo naturam, secundum quam non est factus ex femine David.* Si ergo Christus est semen Abraham, & factus est ex femine David secundum carnem, ergo Christus veram carnem habuit contra Cerdonem, & Manichæum: & non de cælo, ut Valentinus dixit: aut ex elementis, ut Appelles: quoniam si de cælo traxit, aut ex solis elementis conflavit, non ergo de femine Abraham aut de David. Eodem argumento convincitur Apollinarius, dicens aliquid divinitatis conversum fuisse in carnem. Omitto pro nunc quod illud fieri nullo pacto poterat: ut ostendemus. Sed si fieri posset, factumque fuisset, tunc Christus secundum carnem non esset factus ex femine David, sed ex aliquo deitatis quod in carnem fuisset conversum. Quando enim aliquid convertitur in aliud, illud aliud in quod convertitur, dicitur fieri ex illo quod in aliud conversum est: ut gratia exempli, cum vinum vertitur in acetum, dicimus acetum factum ex vino præexistente. Si ergo aliquid divinitatis conversum fuit in Christi carnem, necessarium erit ut dicatur carnem Christi factam esse ex divinitate: non ergo ex femine David. Rursus, beatus Matthæus Evangelista humanam Christi generationem edisserens, sic ait: *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham, Abraham genuit Isaac, &c.* Sequitur infra: *Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.* Si Christus carnem veram non habuit, ut dixit Cerdon: aut carnem phantasticam habuit, ut mentus est Manichæus: aut de cælo traxit, ut somniavit Valentinus: aut de solis elementis conflavit, ut fabulatus est Appelles: quomodo Christus erit filius David, & filius Abraham, si carnem non habuit derivatam ab illis? Præterea si Christus nihil accepit ex virgine Maria, sed

ria, qui dixit, Christum fuisse quidem hominem iustum, non autem Deum. Hic sub Severo Imperatore vixit, & Victore Papa hujus vocabitur Primus Dei. Cui successit in eodem errore, velut discipulus magistro, Photinus quidam, qui errorem jam deficientem sic instaurare, & confirmare nitebatur, ut illum non natura, sed adoptione Filium Dei. Verum cum istis obicitur, ex sacris litteris contineri Christum esse Filium Dei, fatetur, cum hoc tamen dicunt illum esse creaturam, quia Filium Dei ipsi dicunt esse quamdam Dei creaturam, & Spiritum Sanctum aliam creaturam productam à Filio. Ideo contra istos Arianos nihil nunc agemus, sed ad alium locum differemus, quando de Deo, & unitate illius essentia, & trinitate personarum differemus. Cum ergo hoc sit unum ex præcipuis nostræ fidei fundamentis, Christum videlicet esse verum Deum Dei Filium, illud oportet ostendere esse firmissimum, & pluribus sacre scripturæ testimoniis roboratum. A primo ergo Evangelio, videlicet Matthæi, incipientes, per reliquos novi instrumenti libros discutiemus. *Baptizatus autem Jesus (ait Matthæus cap. 3.) confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei caeli, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se: & ecce vox de caelo, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit.* Vides hic non solum de terra, sed de caelo testimonium, qualiter Christus est Filius Dei. Et iterum apud eundem: *Veni autem Jesus in partes Cesaræ Philippippi, & interrogabat discipulos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alii Joannem Baptistam, alii autem Heliam, alii vero Hieremiam, aut unum ex Prophetis. Dixit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens autem Simon Petrus, dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. Et hic vocatur à Petro Filius Dei vivi, nec tamen pro hoc dicto reprehensus est, immo potius laudatus. Postquam etenim Petrus sua verba finivit, statim Christus subiungit: *Beatus es Simon Barjona, quia caro, & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in caelis est.* Rursum idem Matthæus enarrans Christum in montem transfiguratum, & Petrum potentem ibidem manere, ait: *(Marc. 17.) Adhuc eo (videlicet Petro) loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, & ecce vox de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit: ipsum audite.* Hoc etiam narratur à Marco, & Luca. Præter hoc tamen Marcus aliud expressius habet testimonium. Describens siquidem examinationem, quam Summus Sacerdos de Christo faciebat, cap. 14. ait: *Rursum Summus Sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Christus Filius Dei benedicti? Jesus autem dixit illi: Ego sum.* Nullam certe expressius testimonium potest adferri pro hac fide confirmanda. Lucas vero enarrans Gabrielem Angelum de caelo ad Virginem missum, verbaque ejusdem Angeli ad Virginem referens, sic ait, cap. 1. *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Jam vides eum vocatum à Angelo Filium Altissimi. Sequitur: Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosce-**

*Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus Sanctus superoveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Et Elizabeth cum visitatur à Virgine Maria, habente jam in utero Jesum, exclamat voce magna, & dicit: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Et unde mihi hoc, ut veniat Mater Domini mei ad me? Adhuc Jesus est in utero parvulus corpore, & vocat eum Elizabeth Dominum suum. Qualiter quæso Dominus illius esse potest, si præter humanam naturam non haberet divinam, secundum quam, & Dominus est Elizabeth, immo omnium creaturarum? Jam opus est, ut audiamus aquilam illam sublimem, Joannem Evangelistam, qui supra pectus Domini in coena recubuit, cui & revelata sunt secreta caelestia: *In principio (inquit) erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sequitur: Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Verbum vocat Filium Dei, quem & vocavit Deum, dicens: Et Deus erat verbum. Hunc Filium Dei factum esse hominem declaravit, dicens: Verbum caro factum est. Rursum, cum dixisset Jesus Judæis: Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum videri, & gavisus est. Dixerunt ergo Judæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Jesus: Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Si Christus ante carnis nativitatem non extitit, quomodo verum est quod ait: Antequam Abraham fieret ego sum, cum Abraham præcesserit Christum juxta carnis nativitatem, plusquam mille annis? Et alibi vocatur filius Abraham. Non est ergo possibile, ut filius sit ante patrem, nisi aliam habeat naturam, nempe divinam, secundum quam filius Abraham non sit, & prior illo sit. Præterea idem Jesus Christus Lazarum mortuum suscitaturus, Martham sororem Lazari alloquens, ait: *(Joann. 11.) Ego sum resurrectio, & vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: & omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? At illi: Uique Domine, ego credidi quia tu es Christus Filius Dei, qui in hunc mundum venisti. Paulus etiam vas electionis, qui vidit arcana Dei, non semel tantum, aut iterum de hac re præbet testimonium, sed frequentissime. In epistola siquidem ad Romanos, sic eos alloqui incipit, cap. 11. *Paulus servus Jesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Jesu Christi domini nostri, per quem accepimus gratiam, & apostolatum, &c.* Observa hic, quod primo dixit, prædicationem Christi esse Evangelium Dei: ex quo satis aperte convincitur Christum esse Deum. Deinde subiungit, Christum esse prædestinatum, sive declaratum, aut manifestatum Filium Dei ex resurrectione mortuorum. Per hoc enim quod seipsum suscitavit, declaratus est Deus. Nam etsi multi ex mortuis suscitati sint, nullus tamen propria virtute surrexit, sed ab alio suscitatus est, nempe ab ipso Deo, & ab aliis Sanctis ministerio quodam, hoc est, precibus ad Deum factis, quas Deus exaudiens, mortuum pro quo sanctus orat, suscitavit, Christus autem cum seipsum suscitavit à mortuis propria virtute, per hoc declaratus est Filius Dei. Et iterum idem Paulus ait: *(Rom. 2.) Secundum divinitatem tuam, & car imprenitens, thesaurizas tibi itam in die ire, & re-****

velationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus. Ecce vides hic iudicium Christi vocatum iudicium Dei. Beatus enim Paulus Apostolus dicit: *(Rom. 14.) Oportet nos omnes manifestari ante tribunal Christi, ut reportet unusquisque prout gessit in corpore suo, sive bonum, sive malum. Et cum Pater omne iudicium dederit Filio, (Joann. 5.) & cum juxta beatum Jacobum unus sit Legislator, & Judex, convincitur inde ut Christus sit Deus, cum non sit aliud futurum iudicium, quam illud quod Christus in fine facturus est: hoc autem Paulus vocat iudicium Dei: Christus ergo Deus. Et in eadem epistola, cap. 9. iterum ait: *Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelite, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum partes ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen. Nihil poterat ad ostendendam Christi divinitatem expressius dici. Rursum in epistola ad Corinth. cap. 8. sic ait: *De scitis autem quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quod nullus est Deus nisi unus. Nam estis qui dicantur dii, sive in caelo, sive in terra, sicut enim sunt dii multi, & domini multi, nobis tamen unus est Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Hæc ibi Paulus. Si ergo unus solus est Deus, & nullus alius præter illum, coexistit in unam deitatis naturam Dominus Jesus Christus, per quem Paulus ait facta esse omnia: ergo Christus est Deus. Et in 2. epistola ad Corinth. cap. 3. ait: *Epistola nostræ vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus, manifestata quoniam epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.* Epistolam Christi vocat Apostolus Corinthios, quia illi Christi mandata, & leges apud seipsum tamquam apud aliqua literarum monumenta conservabant. Hanc autem epistolam dicit Paulus à se ministratam: ut sicut legis veteris Moses olim fuerat minister, sic etiam ad legem Evangelicam vulgandam, & prædicandam minister fuit. Et hanc scripturam non atramento, sed spiritu Dei vivi. Scripta est ergo à Deo in cordibus nostris, quemadmodum per Hieremiam Prophetam dixerat cap. 31. *Post dies illos, dicit dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.* Si ergo Corinthi sunt epistola Christi, & hæc est scripta à Deo, Christus igitur Deus. Illius siquidem est epistola à quo scribitur nisi cum forte quis minister est alterius, ut alio dicente quis scribat: tunc enim epistolam dicemus esse ejus qui dictaverat, etsi ipse non scribat. Hic autem idem est dictare, & scribere, idem dicere, & scribens. Cum enim scripta sit epistola à Deo, non autem scribit Deus alio quopiam dicente, epistola vero dicitur esse Christi: manifeste convincitur esse Deum. Et in epistola ad Philipenses, cap. 2. sic ait: *Hoc sentite in vobis, quod est in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Quid clarior expectari potest, quam quod Paulus hic dicit ad confirmandam Christi divinitatem? Et in epistola ad Titum, cap. 2. sic admonet dicens: *Servos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, ut doctrinam Salvatoris nostri Dei honorent in omnibus. Hæc Paulus ibi, ubi aperte sine vocat Salvatorem Deum. Ex omnibus reliquis epistolis Pauli poterat similia adferre tel-*****

timonia: verum ne ratio afficiam lectorem, & ut breviter, quam à principio operis tenere statui, non excedam, omnibus illis prætermisissis, ad epistolam quam ad Hebræos mihi accedamus, quoniam in illa videtur Paulus velut ex professo, & instituto hanc rem differere. Sic enim ait: *Cui enim dixit aliquando Angelorum filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Et eam iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: *Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Et ad Angelos quidem dicit: *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.* Ad Filium autem: *Thronus tuus Deus in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis per participibus tuis. Hæc, & alia multa ibi Paulus de Christo loquitur, quibus, & divina, & humana ejus demonstratur natura. Verum prædicta plenius discutiamus. Si ergo Christus adoratur ab Angelis, oportet ut sit Deus, cum solus ille sit adorandus. Deinde si factor est Angelorum, & sedem habet in sæculo sæculi: oportet ut Deus sit, quoniam nullus alius Angelos fecit, nisi solus Deus. Rursum, qui juxta humanam naturam paulo minor Angelis est factus, quomodo poterat esse Angelorum conditor, si aliam non haberet naturam præter humanam? Christus igitur Deus. Quod autem vincit dicitur præ participibus suis, hoc juxta humanam naturam accipiendum est, ut videlicet unctio non referatur ad divinam naturam, sed ad humanam. Deus igitur & homo Christus: Deus natura, homo vero dispensatione quadam, similis nobis per omnia factus, quando factus est ex muliere secundum carnem. Ut Deus Angelos condit, ut homo ungitur oleo exultationis præ participibus suis. Et ista quidem adeo aperta sunt, ut nullo modo possint subterfugere, dicentes Christum esse Filium Dei adoptione: sed oportet eos dicere eum esse Filium Dei naturam. Nam filius adoptione est omnis iustus, qui prædestinatus est à Deo in adoptionem filiorum in hereditatem gloria. At nullus purus homo quantumlibet adoptatus, coudit Angelos, nec adoratur ab Angelis, nec sedet ad dexteram majestatis in excelsis. Quæ omnia cum soli illi qui natura Deus est, conveniant, convincitur Christum esse vere Filium Dei, & verum Deum. Beatus etiam Petrus hujus rei testimonium sæpe repetit. In prioribus siquidem epistola, cap. 3. dicit Christum sedere in dextera Dei, perfectum in caelum subjectis sibi Angelis, & potentatibus, & virtutibus. Et in 2. epist. sic ait: *Non enim indoctas fabulas secuti, notam facimus vobis domini nostri Jesu Christi virtutem, & præsentiam, sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo patre honorem, & gloriam, voce de lapsa ad eum in huncmodi à magnifica gloria: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit. Et hanc vocem nos audivimus de caelo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto.* Hæc ibi Petrus. Beatus Joannes Apostolus, & Evangelista in sua prima canonica epistola de hac re aperissimum profert testimonium, cap. 5. dicens: *Et scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus Deum verum, & situs in vero filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna.* Quid hic garrere possunt hæretici, dicentes Christum esse Filium Dei non naturam, sed adoptione? Vide quoties uno contextu eos rejicit Apostolus. Vocat enim Jesum Christum verum Filium Dei. Atqui sola adoptione est filius, non est vere filius, sed filius cum additamento, videlicet adoptione filius. Et ne ullus tergiversationi pare-**

capienti: in lege autem Evangelica non licere jam talem ciborum differentiam facere, cum dominus omnium ciborum esum concesserit. Sed hoc facillime rejicimus, si consideret quisque non minus esse licitum in veteri lege bovis, & ovis esum, quam nunc in lege Evangelica. Sicut enim nunc omnes cibi sunt à Deo permisi, ita & tunc bos, & ovis, & capra, & alia animalia, quæ ruminant, & ungulam habent divisam, erant concessa, ut patet ex Levitico 11. & Deuteronomio 13. Sed non obstante tali indulgentia, & concessione illorum ciborum, tunc in veteri lege ante promulgationem Evangelii, licite quis immo meritorie ab illis cibis abstinerebat, ergo & nunc ab eisdem licite, & meritorie abstinere: cum par sit utrobique ratio, & æqua pro utroque tempore illorum ciborum concessio. Quod autem diximus pro tempore veteris legis meritorie aliquem à carnibus abstinuisse, satis convincitur per id quod Matthæus de Joanne Baptista cap. 3. ait: *Ipsæ autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem ejus erat locustæ, & mel sylvestre.* Ecce jam vides Joannem Bap. à carnibus abstinuisse: nec in hoc errasse dicere poterunt, quem constat ex utero matris sanctificatum fuisse. Quod si per hoc non meritorie egit, cur de hac re tantopere eum Evangelista laudabit? Præterea post prædicatum à Christo Evangelium, in quo omnium ciborum esum Christus concessit, Apostoli in unum congregati Hierosolymis, prospicientes tranquillæ conversationi eorum qui ex Judæis, & Gentibus convertebantur, decretum quoddam adiderunt in hunc modum: *(Act. 15.) Vsum est Spiritui Sancto, & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria, ut abstinere vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes vos bene ageris.* Tunc jam percontabor Vvaldenses, & Lutherum, an Apostoli sic decernentes erraverint, an juste desinuerint? Absit ut dicant Apostolos post receptum jam Spiritum Sanctum in re tam seria omnes concorditer errasse, maxime Spiritu Sancto illis tunc assistente: sic enim dicunt: *Vsum est Spiritui Sancto & nobis.* Si ergo Apostoli tunc in unum congregati, iusta quadam de causa: moti, prohibere potuerunt esum suffocati, & sanguinis, cur etiam modo Ecclesia, aut Concilium generale illam repræsentans, illos eosdem, aut alios similes cibos ob aliquas causas iustas prohibere non poterit? Numquid detrudemus nunc Ecclesiam ad angustiores limites, quam ante, ut ea nunc non possit, quæ ante iuste poterat? Quod si hoc dicunt, ostendant litteras à Deo de caelo missas, per quas revocavit auctoritatem, & potestatem, quam olim Ecclesiæ suæ concesserat. Rursum, inter Ecclesiastica dogmata per beatum Augustinum collecta, unum habetur in hunc modum: *Sacratæ virginitati nuptias coæquare, aut pro amore castigandi corporis: abstinentibus à vino, vel carnibus, nil credere meriti accrescere, non hoc Christiani, sed Joanniani est.* Hæc ibi. Adde, quod ab ipsis Ecclesiæ nascentibus primordiis talis fuit Apostolicorum virorum consuetudo, ut à pluribus cibis abstinerent. Philo siquidem sapientissimus vir, Apostolis cœvus, de Christianorum vita loquens, hæc dicit, ut eum citat Eusebius, 2. lib. Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 17. Atque in ipsis diebus in terra recumbentes (sicut antiqui moris fuisse dicitur) vinum quidem nemo omnino, ne gustu quidem contingat, sed nec quamlibet carnem: tantum autem aqua sit eis poculum, & panis cum sale, vel hyssopo cibis,

Hæc ibi Eusebius. Postremo jam audiamus Ecclesiæ definitionem. Concilium siquidem Toletanum octavum, cap. 9. sic definit: *Et etiam quicumque quadragesimæ dies, quæ anni totius decimæ purantur, quæ & in oblatione jejunii Domino consecrantur, quibus etiam saluberrime conditio humani generis explatur, dum à quatuor mundi partibus ad hanc hominem religionem crediturus adducitur, & quatuor elementis formatur, & propter transgressionem decalogi, quatuordecies convenienter affligitur, illi qui temerarie hæc omnia contemunt, nec voracitatis ingluviem frænant, & quod pejus est, paschalia festa illicitorum esum perceptione profanant quibus ex hoc adeo acerrime interdicitur, ut quisquis sine inevitabili necessitate, atque fragilitate, & evidente languore, seu etiam impossibilitate ætatis, diebus quadragesimæ esum carnium præsumperit attentare, non solum reus erit resurrectionis dominicæ, verum etiam alienus ab eisdem diei sancta communione: & hoc illi eumuletur ad pœnam, ut ipsius anni tempore ab omni esu carnium abstinere gulum, quia sacris diebus abstinentiæ oblitus est disciplinam. Hæc Concilium. Cujus definitioni quemlibet Christianum magis oportet obedire, quam cuiusvis Concilio malignantium Vvaldensium, aut Lutheranorum. Sed jam videamus quæ nobis objectant. Primo enim objiciunt id, quod Dominus dixit discipulis suis (*Luc. 11.*) cum eos ad prædicandum misit: *In eadem (inquit) domo manete, edentes, & bibentes quæ apud illos sunt.* Et rursum. *In quancumque civitatem intraveritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis.* Cui objectioni respondemus, illa verba Christi non ad omnes Christianos pertinere, sed ad Apostolos solum: nec illis pro toto tempore futuro sunt dicta, sed pro illa dumtaxat tempore, quo ad illud iter mittebantur. Quibus enim tunc dicitur: *In viam Gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis:* postea dicitur: *Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creatura.* Deinde illis verbis (ut Theophylactus admonet) solum docet Apostolos, & Apostolorum nomine reliquos prædicatores Evangelii, ut contenti sint cibo, & potu qui offeruntur ab iis, apud quos diverfantur, neque eos debere querere deliciares cibos quam sint, ii, qui offeruntur ab iis, quibus prædicant. Adde quod est ad omnes illa verba pertinere, nihil ex eis colligitur, nisi quod nobis jam permittebatur, aut indulgebatur quilibet cibus, etiam qui ante in lege erat prohibitus: non autem est intelligendum juxta indulgentiam: ut sit sensus: *Omne animal quod habet ungulam divisam, & ruminat, comedetis,* id est, poteritis comedere. Et hoc modo exponit beatus Augustinus illum locum in libro de opere monachorum, cap. 26. Ad hunc etiam modum capiendi sunt illa Evangelii verba: *In quancumque civitatem intraveritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis:* id est, licitum erit vobis manducare de omnibus quæ apponuntur vobis: ut videlicet intelligatis: nullum jam per me esse vobis prohibitum cibum,*

bum, nisi vos ipsi prohibito ab eis abstinere volueritis, aut in posterum à meis successoribus vobis interdictum fuerit. Secundo objiciunt id quod Dominus apud Matth. ait cap. 15. *Quod intrat in os, non inquinat hominem: sed quod exit de ore, id inquinat hominem.* Ergo comedens carnes in quadragesima non peccat. Respondemus, fatentes cibum nullum ex sua natura posse maculare animæ substantiam: sed voluntas depravata, qua contra præceptum Ecclesiasticum carnes comedit, illa est quæ coinquinat hominem. Illa autem prava voluntas sollicitans ad inobedientiam, est intima homini, & exit de corde, & inde pervenit ad os per pravi operis executionem. Ad hunc modum dicimus etiam (ut Paulus ait) *quod esca nos non commendat Deo.* Esca enim ipsa nec meliores, nec peiores facit, sed obedientia, qua obediens præcepto Ecclesiæ abstinemus ab aliquibus cibis, commendat nos Deo, & meliores facit: inobedientia autem peiores. Sed jam discutere etiam oportet id, quod pro se adducit Erasmus: Christus (inquit ille) nullum docuit ciborum discrimen: ergo purioris Christianismi erit, si nullus habeatur ciborum delectus. Quantum hæc collectio valeat, vel mediocriter doctus si bene consideret, intelliget. Nam ad hunc modum oportet etiam colligere, quod purior esset Christianismus, si omnes procul ab Ecclesiâ abigerentur cæremonia, quoniam Christus, aut nullas, aut paucissimas docuit cæremonias. Eadem ratione fatendum etiam erit, quod purioris Christianismi esset, si corpus Dominicum daretur cœnatis, quam si daretur jejunis: quoniam Christus Salvator noster, nec verbo, nec exemplo docuit dare jejunis, cum ipsemet corpus suum Apostolis cœnatis dederit. Non enim confessus est, ut quia Christus redemptor noster hoc, aut illud non docuit, ideo longe sit à puro, & vero Christianismo. Ille purior est Christianismus qui propriis accedit ad vitam, & imitationem Christi, & Apostolorum ejus. At Erasmus ipse in responsione ad Parisenses fatetur, tempore Apostolorum, quum nullum erat præscriptum de ciborum delectu, plures abstinuisse à carnibus, quam nunc. Purioris ergo Christianismi erit, abstinere à carnibus ad demandam carnis rebellionem, quam velci carnibus, quæ corpori vires nimias ministrant, ut suam possit exercere tyrannidem. Cæterum quod Christus nullum docuerit ciborum delectum, forte Judæorum imbecillitas fuit causa. Judæi siquidem putabant cibos, quos lex Moyse interdixerat, esse natura malos, & immundos, ac perinde veritatis: & si Christus salvator noster adhuc pergeret carnes, & alios cibos prohibere, in suo forte confirmati fuissent errore, & in alium ducebantur, ut crederent etiam carnes esse natura malas, quemadmodum Manichæi impie sentientes opinati sunt. Ut igitur ab hoc errore Christus Salvator noster Judæos avocaret, noluit ullum ciborum discrimen docere. Postea vero quum Ecclesiâ ex Gentibus collecta, Spiritu Sancto suggerente, fuit satis edocta, nullum cibum esse natura malum, sed omnem creaturam bonam esse, nihilque esse rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, Christus qui nobiscum est usque ad consummationem sæculi, Ecclesiam suam docuit leges statuere, quibus aliqua ciborum genera certis aliquibus temporibus interdiceret: ut pabulo nimis nutriente corporis subulato, cogatur animæ nutui deservire. Nam dormitores equorum non verbera solum adhibent ad demandum, sed cibum etiam, aut cibi fortioris genus subtrahunt, sænum pro hordeo tribuentes, ut fame de-

biliterur equalorum nimis effrenata vis. Sunt enim esca quædam, quæ non solum nutriunt corpus ad vitam, sed inflammant ad libidinem. Ab his abstinere non parum conducit ad veram pietatem augendam. Qui plura de hac re videre optat, legat Jodogham Clichtoveum in propugnaculo Ecclesiæ, quod contra Lutheranos addidit, in quo satis diffuse hanc rem pertractat.

CIRCUMCISIO.

Unus est error, asserens adhuc in nova lege debere parvulos circumcidi. Verum de hoc errore inferius dicemus in titulo Lex, ubi probabimus omnia legalia jam cessasse: quo facto, actum etiam erit de circumcissione.

CHRISTUS.

Christus, nomen est unius personæ duas naturas habentis, divinam videlicet, & humanam. Hanc enim esse fidem rectam Arthanasius ait, & catholica prædicat Ecclesia, ut credamus, & confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus, & homo est. Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus, & homo est ex substantia maris in sæculo natus. Cum ergo plures extaret circa personam Christi hæreses, hoc ordine eas pertractabimus: & primo de illis dicemus, quæ circa naturam ejus divinam versantur, deinde de illas pertractabimus, quæ solum naturam humanam tangere videntur. Postremo de illis differemus, quæ totam respiciunt personam in duabus naturis existentem.

Prima ergo de hac re hæresis est, quæ negat Christum fuisse Deum, sed solum naturam habuisse humanam. Hujus hæresis primus auctor (quod sciam) fuit Ebion quidam, Apostolis cœvus, quoniam anno domini octogesimo sub Domitiano Cæsare, & Cleto Papa floruit. Contra hunc Ebionem (ut dicit beatus Hieronymus lib. de Ecclesiasticis scripturis) Joannes omnium nobilissimus scripsit Evangelium, rogatus ab Asia Episcopis. Ideo compulsus est divinam edicere navitatem. Post hunc Ebionem, vel ut verius dicam, eodem tempore quo Ebion, Cerinthus eundem tenuit errorem. Philaster tamen hunc errorem Carpocreti quidam tribuit, tanquam primo illius patrono, & post illum Cerintho, & deinde Ebioni, qui dicit fuisse Cerinthi discipulum. Post istos (ut idem Philaster ait) hunc errorem tutatus est Theodotus quidam Bizantinus, qui in persecutione positus, Christum salvatorem negavit. A quo tempore cæpi docere Christum esse purum hominem, & non Deum. Hoc autem fecit, credens hoc medio negationis opprobrium à se rejicere. Cogitavit enim apud se, quod si quis illi negationis erimen impingeret, responderet, quod hominem negaverat, non Deum. Beatus tamen Augustinus hæc omnia tribuit quidam Theodotio. Nescio tamen ubi litera sit corrupta, an apud Philastrum, in cujus libro hic hæreticus vocatur Theodotus, an apud Augustinum, ubi vocatur Theodotion. Certum est enim ex Eusebio Historiæ Ecclesiasticæ fuisse quemdam hæreticum Theodorum nomine, qui docuit Christum fuisse purum hominem, & ob id à Victore Papa fuisse ab Ecclesiâ ejectum. An autem Theodotion alius hoc etiam senerit, me lætet. Eius etiam error iste cuiusdam Artemonis, de quo Eusebius, libro quinto, capite 28. Historiæ Ecclesiasticæ. Post istos eundem errorem amplexatus est Paulus Samosatæpensis in Syria,

sed per eam (ut ait Valentinus) quasi per fistulam transit, quomodo verum erit quod ait Mathæus, *de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus?* & quod ait Angelus Mariæ virgini juxta Lucam: *Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum?* Filius siquidem substantiam carnis accepit à matre, alioqui nec de ea nasci diceretur, nec filius ejus jure vocabitur. Quod si solus per illam transit sufficeret, ut filius illius dicitur, vocabimus eadem lege, & menstruum mulieris filium ejus, & urinam, aliaque superflua quæ mulier ex se emittit. Hoc autem fateri, apertissima esset ineptia. Christus ergo qui & natus est de virgine gloriosa, & filius ejus vocabitur, substantiam carnis habuit ex ea. Sed clarius Apostolus Paulus in ea quæ est ad Galatas epist. cap. 4. hereticos rejicit, dicens: *Cum venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere.* Si factus est ex muliere: ergo non ex cœlesti materia, aut ex elementorum adunatione corpus accepit, sed ex ipsa muliere ex qua factus est. Nam si ex ea nihil accepit, qualiter ex ea fieri potuit? Accepit ergo corpus ex muliere, ex qua factus est. Accedit ad hoc, quod sæpissime sanguinem Christi audimus nominatum in novo instrumeto: quod vere dici non posset, nisi Christus veram carnis substantiam habuisset, Paulus enim ait in ea quæ est ad Ephesios epistola, cap. 2. *Vos qui eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi.* Et in epistola ad Hebræos, cap. 2. ait: *Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitula aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi?* Beatus etiam Petrus ait: *Non corruptibilibus auro, & argento redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati, & immaculati Christi.* Et beatus Joannes dicit: *Sanguis Jesu Christi filii Dei emundat nos ab omni peccato.* Necessè est ergo, ut veram carnis substantiam habeat qui verum dicitur sanguinem habere. Deinde ipsius Christi opera apertissime veram carnis substantiam testantur, esurire, sitire, lassari, dormire, trisitari, dolere, pati, crucifigi, mori, resurgere, evidenter humanum est. His autem omnibus Christum fuisse obnoxium, clarior est quam ut testimonio aliquo egeat, quod nunc in medium adferri oporteat. Præterea cum pãsis sua instaret, ex tædio, & horrore illius dixit: (*Matt. 16.*) *Spiritus promptus est, caro autem infirma.* Quibus verbis apertissime testatur esse se carnem habere, cujus infirmitas in passionis tolerantia declarata est. Post resurrectionem etiam ob nullam aliam causam quadraginta dierum spatio in terris demoratus est, & cum discipulis conversatus est, colloquens, coambulans, convescens, quam ut ostenderet veram carnis substantiam, & eundem quem crucifixum, & mortuum viderant, resurrexisse cognoscerent. Unde Lucas ait: (*Act. 1.*) *Quibus, & præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apprensus eis, & loquens de regno Dei.* Hac de causa dicit Thomæ de resurrectione incredulo: (*Joann. 10.*) *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & adfer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.* Vulnus lateris fixuras clavorum, & omnia recentissima passionis signa monstrabat, & palpanda præbebat, ut per hoc veritatem carnis post resurrectionem agnoscerent, quam moriendo cognoverant. Manifestissimis ergo scripturæ sacræ testimoniis ostenditur

Christum veram carnem habuisse. Eos autem qui illum in Christo negant, beatus Joannes Evangelista vocat Antichristos: *Omnis spiritus* (inquit 2. 4.) *qui non confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo non est, & hic est Antichristus.* Cæterum quoniam Apollinaris dixit aliquid divinitatis conversum fuisse in carnem, hoc esse impossibile fieri opus est ut ostendamus, quamvis per superiora argumenta sufficienter hæc hæresis revincatur. Deus enim immutabilis est, semperque in uno eodemque statu permanens, ipso attestante, qui per quemdam Prophetam ait: (*Malac. 3.*) *Ego Deus, & non mutor.* Et Paulus de Christo loquens, ait: (*Heb. 1.*) *Et tu in principio Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes ut vestimentum veterascent: & velut micum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Est ergo simplex, & incommutabilis natura deitatis tota semper in sua essentia, nec damnum sui recipiens, nec augmentum: ita ut nulla additione possit fieri major, aut alicujus partis detractio minor. Si ergo (ut Apollinaris somniavit) aliquid deitatis conversum fuisset in carnem, jam per illam conversionem deitas esset minor, quoniam illa conversio facta, aliquid deitatis deperderetur: & velut videlicet quod in carnem fuisset conversum. Nam id quod in aliud vertitur, non manet in sua natura post talem versionem factam: ut cum vinum vertitur in acetum, post talem conversionem non manet vinum in sua substantia; Quapropter esset necessario juxta Apollinarem dicendum, in incarnatione Verbi divinitatem fuisse diminutam. Quod autem Apollinaris pro sui erroris confirmatione adfer illud Joannis cap. 1. *Verbum caro factum est,* volens per hoc probare verbi substantiam conversam fuisse in carnem, ex mera ignorantia procedit. Non enim opus est, ut quoties aliquid fit quicumque (ut ita dicam) factionis, aut facturæ modo, unum convertatur in aliud: potissimum quando illud quod fit, non simpliciter, & absolute fit, sed aliquale tunc fit, quale prius non erat: ut gratia exempli, si lignum aliquid nunc albere incipit, dicimus tunc lignum fieri album, non quod lignum veretur in albedinem, sed quod ligno manente eodem in sua substantia, recipiat in se albedinem, per cujus accessionem lignum est album. Similiter si corpus humanum alias frigidum accedat ad ignem, & calefiat, dicimus illud corpus fieri calidum, nec tamen ideo dicimus corporis humani substantiam verti in calorem, sed quod ipsa corporis humani substantiam manente, corpus ipsum recipiat in se calorem, per cujus inhaesionem corpus ipsum dicitur calidum. Ad hunc modum (si aliqua tam ineffabilis mysterii potest adaptari similitudo) cum dicimus: *Verbum caro factum est,* sic accipiendum est qualiter dicimus, corpus fit calidum, ita ut non intelligamus verbum aliquo pacto converti in carnem, sed quod verbi substantia sine ulla sui mutatione manente, suscepit in se nostræ carnis substantiam, per cujus accessionem verbum factum est caro, id est, carneum, ut ita loquar. Nam alias si per hoc quod dicitur *Verbum caro factum est,* esset intelligendum quod verbi substantia fit conversa in carnem, oportebit eadem lege dicere Dei substantiam conversam fuisse in maledictionem: quia Paulus dicit: (*Galat. 3.*) *Christus nos redemit de maledictione legis, factus pro nobis maledictum.* Hoc autem nefas est, & horrendum fateri. Dicitur est autem Christus factus maledictum, non per talem conversionem, sed quia in cruce pependit, in qua

qua omnis qui pendeat, maledictus vocabatur. (*Deut. 21.*) Sed jam opus est ut de hac re Ecclesiæ definitiones adferamus. Concilium Nicanum trecentorum & decem & octo Patrum sub Constantino celebratum, sic ait: *Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium, & invisibilium conditorem.* Et in unum Dominum Jesum Christum filium Dei, de patre natum unigenitum, hoc est, de substantia patris. Deum verum de Deo vero, natum, non factum, homouionem patris, hoc est, ejusdem cum patre substantiæ: per quem omnia facta sunt quæ in cœlo, & quæ in terra: qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est. Homo factus, passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cœlos, inde venturus est judicare vivos, & mortuos. Eos qui dicunt, erat quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex nullis subsistentibus factus est, aut ex alia subsistentia, vel substantia dicitur esse, aut convertibilem filium Dei, anathematizat Catholica, & Apostolica Ecclesia. Hac Concilium Nicanum. Ex cujus decreto omnes hæretici in præsentem errorem, & in præcedenti nominati, colliduntur, & corrunt. Concilium Ephesinum primum ducentorum Episcoporum sub Theodosio juniore, & Valentiniano Principibus celebratum, in principio, hoc est in epistola quam Nestorio misit, sic ait: *Sequentes itaque omnium sanctorum patrum confessiones, quas loquente in eis sancto spiritu protulerunt, & intentioni quæ est in eorum intellectibus, sequis vestigiis inhaerentes, itaque iter ambulantes regium, profitemur quod ipsum unigenitum Dei verbum natum ex ipsa patris essentia, de Deo vero Deus verus, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt, sive in cœlis, sive in terra, salutis nostræ causa descendens, ad exinanitionem sese dignatus est inclinare: natus autem, & homo factus; id est, carnem de virgine sancta suscipiens, eamque propriam faciens, nativitatem nostram ex vulva sustinuit, homo de muliere procedens, nec quod erat abiciens. Nam licet factus est in assumptione carnis, & sanguinis, tamen etiam quod erat Deus natura, scilicet, & veritate persistens, nec tamen itaque dicimus in naturam deitatis esse conversam, nec in substantiam carnis inseparabilem Dei essentiam commutatam.* Hac Concilium Ephesinum. Et eandem sententiam profert Concilium Calcedonense sub Mariano Imperatore, Leone Papa hujus nominis primo: qui quidem Leo in epistola quadam ad Astorigensem Episcopum, quæ est septuagesima prima, in qua Priscillianistarum errores damnat, sic inquit: *Quarto autem cap. continetur, quod natalem Christi, quem secundum susceptionem veri hominis catholica Ecclesia venerat, quia verbum caro factum est, & habitavit in nobis, non vere isti honorent, sed honorare se simulent, jejunantes eodem die, sicut & die dominico, qui est resurrectionis dies: quod utique ideo faciunt, quia Christum dominum in vera hominis natura natum esse non credunt, sed per quamdam illusionem ostentata videri volunt quæ vera non fuerint, sequentes dogma Cerdonis, atque Marcionis, & cognatis suis Manichæis per omnia concordantes: qui, sicut in nostro examine detecti, atque convicti sunt, dominicum diem, quem nobis Salvatoris nostri resurrectio consecravit, exigunt in merore jejunii: soli (ut proditum est) reverentiam hanc continentiam devotes, ut per omnia sint à nostræ fidei unitate discordes: & dies qui à nobis cum letitia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Unde dignum est, ut inimici crucis Christi, & resur-*

rectionis, talem accipiant sententiam, qualem elegerat doctrinam. Hactenus Leo Papa, vir quidem sanctus juxta ac doctus. Concilium Hispanense secundum, cap. 13. decretorum suorum, ac gestorum eandem definitionem de hac re profert. Quorum duorum Conciliorum verba nunc prætereo: quoniam pro expugnatione quartæ hæresis, quam de hac materia prodemus, iterum à nobis erant reperenda. Quapropter qui huic negotio voluerit adaptare, legat quartum hujus tituli errorem, & ejus expugnationem, quoniam valde vicinus est huic. Sed opus est ut adversariorum objectionibus respondeamus. Valentinus namque ideo ait, Christum de cœlo carnem traxisse, quia Paulus ait: (*1. Cor. 15.*) *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis.* Cui objectioni respondemus, fidentes id quod Paulus ait: Christum videlicet hominem cœlestem esse, & fuisse, nec tamen ideo dicendum est carnem ejus esse cœlestem. Ad hoc enim ut vere homo cœlestis dicitur, sufficit ut natura divina in qua subsistit, cœlestis sit, sicut ex opposito ad hoc ut Filius Dei passus, & mortuus dicitur, sufficit ut natura humana, in qua etiam cum natura divina subsistit, passa fuerit, & mortua: propter unionem siquidem illarum duarum naturarum in uno supposito, quicquid de quolibet illarum seorsum prædicatur, illud idem dicitur de supposito, in quo ambe subsistunt, quamvis non eodem prædicationis modo: quia si aliquid de natura dicitur in abstracto, non oportet sic dici de supposito, sed in concreto: ut gratia exempli, Christus non vere dicitur humanitas, sed vere dicitur homo. Quapropter Christus dicitur omnipotens, quia illud nature divine competit: dicitur infinitus, eadem ratione: dicitur etiam infirmus, dicitur finitus, quia hæc nature humane sone propria. Hac ergo de causa Christus dicitur homo cœlestis, quia secundum naturam divinam est cœlestis: quomodo Adam dicitur esse terrenus, quamvis anima ejus ex qua etiam sicut ex corpore componitur, sit cœlestis. Itaque Paulus Christo dedit nomen à principaliori natura eum vocavit eum cœlestem: Adæ vero dedit nomen à minus principali, vocans eum terrenum. Manichæus autem sic objicit: Paulus de Christo loquens (*Galat. 4.*) dicit: *In similitudinem hominum factus, & habitu incensus ut homo.* Si Christus in similitudinem hominum factus est: ergo non est verus homo. Quæ argumentatio omnino est inanis, & ex falsa imagine procedens, ex hoc videlicet quod credit unum hominem non esse alteri similem etiam secundum substantiam: quod maxime falsum est, & à modo loquendi sacræ scripturæ valde alienum: quoniam etsi Aristoteles dicat similitudinem fundari in qualitate, & non in substantia, tamen sacra scripturæ non est alligata regulis Aristotelicis, quæ sæpenumero vocat similia illa quæ sunt ejusdem speciei. Sapiens namque ait: (*Ecl. 12.*) *Omne animal diligit sibi simile.* Et iterum: *Omnis caro ad simile sibi conjungitur.* Et expressius de homine dicit Deus: (*Gen. 2.*) *Faciamus ad similitudinem nostram, & de Eva loquens, quæ similis est Adæ, eo quod ejusdem speciei est cum illo. Uterque enim homo. Et in eodem libro parum infra: *Vixit autem Adam 130. annis, & genuit filium ad imaginem, & similitudinem suam, vocavitque nomen ejus Seth.* Cum ergo Seth factus sit ad similitudinem Adæ, oporteret juxta argumentationem Manichæorum, ut Seth homo non esset, quia similis est homini. Illa ergo quæ ejusdem speciei sunt, similia esse dicuntur: qui modus loquendi etiam ab ipsa Philosophorum doctrina non est omnino alienus. Juxta*

hunc ergo modum Christus cum sit verus homo, dicitur in similitudinem hominum factus, quia humanam suscepit naturam, quæ ejusdem est speciei cum nostra. Contra hunc errorem scripsit beatus Athanasius unum librum de Incarnatione Verbi, in quo duas Christi naturas ostendit. Beatus Ambrosius scripsit alium librum de Incarnationis Dominicæ sacramento, in quo ferme omnes quos hic enumeravimus errores commemorat, & expugnat. Beatus etiam Cyrillus Alexandrinus Episcopus librum elegantem fecit, quem prætitulavit de Recta Fide ad Theodosium principem, in quo varios hæreticorum errores de incarnatione Domini recenset, & convincit.

Tertia hæresis de incarnationis Dominicæ mysterio est, quæ duas ponens in Christo naturas, duas etiam dicit esse personas, unam divinitatis, aliam humanitatis: nec unum Christum in deitate, & humanitate sentit, sed separatim, atque sejunctim alterum docet esse Filium Dei, alterum filium hominis, quem dicit etiam appellari Christum: quapropter Virginiæ Mariam non Dei, sed hominis tantum matrem appellat. Denique Christum esse tantum hominem dicit, non autem Deum, sed in quo Deus speciali quadam prerogativa habitaret, quapropter Christum dicit vocari Emmanuel, quod interpretatur Nobiscum Deus: non quia simul sit Deus, & homo, sed quia in humanitate divinitas habitaret, quapropter Christum non Deum, sed Deiferum appellat. Hujus hæresis auctorem omnes produunt fuisse Nestorium Constantinopolitanum Episcopum, qui (ut Gennadius ait, & ex lib. 12. Historiæ Tripartitæ, cap. 4. constat) fuit tempore Theodosii junioris. Verum beatus Ambrosius in lib. de Incarnationis Dominicæ sacramento, cap. 6. hujus erroris mentionem facit tacito illius erroris auctore. At beatus Ambrosius non parvo tempore Nestorium præcessit, quoniam beatus Ambrosius tempore Theodosii majoris Archiepiscopus fuit Mediolanensis: nam Theodosium propter crudelitatem Thessalonice ab eo factam excommunicavit, & illi ingressum Ecclesiæ prohibuit. Hic autem Theodosius, pater fuit Arcadii Imperatoris. Arcadius vero pater Theodosii junioris fuit sub quo fuit Nestorius: quapropter miror quod omnes hunc errorem tribuant Nestorio tamquam primo illius auctori. Fieri tamen potuit, ut quamvis alius ante eum hoc asseveraverit, non tamen ita publice, ut Nestorius, quapropter latius sub Nestorio hæresis fuerit diffusa, & ab illo nomen hæc ratione suscipiens, Nestoriana hæresis fuerit appellata. Post Nestorium jam defunctum, atque in Concilio Ephesino condemnatum, suscitavit eundem errorem Petrus Gnaphæus Antiochenus Episcopus, qui duas personas in Christo ponens, ausus est Angelico hymno, qui trisagion à Græcis vocatur, quartam superaddere vocem dicens: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis, sanctus qui crucifixus est. Fit sanctum forte, quo nomine Filius Dei designatur, alium faceret ab eo qui crucifixus est. Hic autem Petrus Gnaphæus condemnatus est in quinta Synodo Constantinopolitana. Hæc hæresis fatis jam confutata relinquitur ex confutatione primæ hæresis quam de hac re narravimus, & rejecimus: quoniam ut fatis patet, Nestorii hæresis coincidit cum errore Pauli Samosatani, & Photini, & aliorum impie sentientium Christum fuisse purum hominem, & virginem ejus Matrem fuisse matrem puri hominis. Quapropter cum illic ex apertis scripturæ testimoniis ostenderimus Christum verum fuisse Deum, & in secundæ hæresis expugnatione docuerimus Christum esse verum hominem: fatis inde

(ut existimo) rejicitur Nestorius. Verum quum duas nobis contendit facere personas, unam quæ sit Deus, aliam quæ sit homo: & quæ propria sunt Deo, uni personæ attribuit in sola natura divina existenti: & quæ propria sunt hominis, personæ in sola humana natura existentem accomodat: ideo hoc nobis probandum restat, eundem esse Christum qui sit Deus, & qui sit homo: ita ut unus & idem sit Deus, & homo. Primo ergo, Virgini Mariæ petenti ab Angelo modum juxta quem conceptura esset Filium, Angelus respondit: (*Luc. 1.*) Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Quibus verbis aperte sime ejusdem Christi humanam, diviniæque naturam expressit. Cum enim dixit, ex te nascetur, proprietatem humanæ naturæ de matre sumendam declaravit. Cum autem dixit, sanctum, ostendit quod sine contagione carnalis concupiscentiæ gigneretur. Dicens vero, vocabitur Filius Dei, clarissime ostendit naturæ diviniæ proprietatem. Quæ omnia cum Angelus dixerit Virgini gloriose de filio quæ ipsa conceptura, & paritura erat, constat filium virginis eundem esse qui & filius Dei: constat etiam illam Matrem Dei merito dici debere. Nam filius virginis Mariæ, Filius Dei est, & Deus, fieri ullo pacto nequit ut virgo Mater Dei non sit. Præterea cum virgo gloriose jam prægnans Elizabeth cognatam suam visitaret, eadem Elizabeth Spiritu Sancto repleta exclamavit, dicens: (*Luc. 1.*) Uide hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? Vides hic qualiter Elizabeth vocat virginem gloriosam Matrem Dei? Nam quis alius dominus præter Deum? Ille enim solus Dominus, ille solus altissimus. Magis ergo oportet credere Elizabeth Spiritu Sancto repletæ, quæ virginem matrem Dei nominat, quam Nestorio, qui spiritu diabolico agitur negat eam matrem Dei. Rursum, implevit Christus ait: (*Joann. 3.*) Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælis. Quibus verbis utramque naturam in una persona expressit, quoniam cum sit filium hominis dicat, de cælo tamen se descendisse asserit: quia juxta naturam diviniæ a Patre qui est in cælis originem trahens, ad nostræ humanitatis susceptionem se inclinavit. Deinde Paulus plurimis in locis hoc clarissime docet. In epistola siquidem ad Romanos, cap. 1. ait: Paulus servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Ex quibus verbis duo colliguntur notatu digna, nostro proposito deservientia. Primo Paulus dixit, Evangelium Dei. Et cum alibi dicat: (*2. Cor. 4.*) Non enim nos ipsos prædicamus, sed Christum Jesum. Et alibi: (*1. Cor. 2.*) Non enim me judicavi aliquid scire inter vos nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum, convincitur inde, Christum esse Deum. Paulus prædicat Evangelium Dei, & non prædicat nisi Jesum Christum crucifixum, Jesus Christus ergo Deus. Quod si adhuc contentiose veniati resistens, dicat alium esse qui sit Deus, & alium qui sit crucifixus: videat secundum quod Paulus dicit de Filio Dei: Qui factus est (inquit) ei ex semine David secundum carnem. Nam illud pronomen relativum, qui, facit, ut, quæ sequuntur, eidem accomodentur personæ quam significat nomen illud cuius fecit relationem. Si enim diceret: Aristoteles docuit mundum caruisse initio, qui dixit etiam eum cariturum sine: quis adeo demens est, ut per hæc verba duos Aristoteles intelligat, unum qui docuerit mundum sine initio, alium qui dixit

ri mundum sine fine? Eundem enim Aristotelem fuisse qui illa docuerit, illis verbis designatur. Relativum namque est quasi quadam ejusdem nominis repetitio. Cum ergo Paulus dixit de Filio Dei: Qui factus est ei ex semine David secundum carnem, non potest alicui alteri adaptari, quam eidem filio Dei. Est enim ac si dixisset: Et ille idem filius Dei factus est ex semine David secundum carnem. Una est ergo eadem persona quæ filius Dei est juxta naturam divinam, & facta est ex semine David secundum carnem. Eadem consequentia convincit id quod in epistola ad Philippenses, cap. 2. ait: Hoc sentite in vobis quod in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo. Certum est illud pronomen qui, unam Christi personam referre, non duas. Nam si duas referret, numeri esset pluralis, & verbum illi responderet pluralis numeri: cum autem verbo singularis numeri jungatur, constat unam illud tantum personam referre, non duas. Si unam referret: quæro utrum divinam, aut humanam? Si humanam, tunc sequitur ut humanitas Christi æqualis sit divinitati: quia Paulus ait: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo. Quod si personam illam quæ in sola natura divina existit, dicas pronomen referre, tunc qualiter conveniunt quæ Paulus uno orationis contextu subjungit, dicens: Sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo, humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis? Tunc enim oportet ut natura divina crucis mortem sustineret, quod aperta est blasphemia. Ut autem hæc omnia incommoda evitemus, necessarium est juxta veram fidem fateri duas esse naturas in Christo in unitate personæ, quæ persona juxta naturam divinam æqualis est Patri, secundum quam ait: (*Joann. 10.*) Ego, & Pater unum sumus. Secundum humanam naturam minor est Patre, secundum quam ait: (*Joann. 14.*) Pater major me est. Secundum divinam est immortalis, secundum quam ait: (*Joann. 11.*) Ego sum resurrectio, & vita. Secundum humanam fit obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: secundum quam ait: (*Mat. 27.*) Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et in epistola ad Galatas, cap. 4. ait: At cum venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere. Ecce hic aperte sime Paulus dicit filium Dei factum ex muliere. Idem ergo filius Dei est, & filius mulieris, quoniam ex ea factus esse dicitur. Et in priore epistola ad Corinth. hoc expressius docet, dicens: Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent. Nihil apertius contra Nestorium dici potuit: cum dicat dominum gloriæ, hoc est, Deum fuisse crucifixum. Unus ergo idem est qui crucifixus est, & mortuus est, & qui Deus, & Dominus gloriæ est. Multa alia scripturæ testimonia possem adferre, quæ brevitati studens omitto. Sed uno tantum argumento jam adversus Nestorium agam. Et percontor ab eo, an credat filium Dei incarnatum fuisse, an profus neget? Si neget filium Dei incarnatum, contradicit Joanni dicenti: (*Joann. 1.*) Verbum caro factum est, & contradicit fidei Nicæni Concilii dicentis de filio Dei. Qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus, passus est. Si vero (ut docet) concedit filium Dei incarnatum, ipso incarnationis nomine duas innuit aperte naturas, unam quæ incarnata est, & aliam quæ incarnatus est. Non enim seipsa natura deitatis incarnata est, sed naturam carnis incarnatam esse oportet. Ut ergo

filius Dei incarnatus dicitur, oportet ut filius Dei carnem in se habeat. Quod si alia esset persona carnis, alia deitatis, nullo pacto posset dici incarnatus. Numquam enim aliquid dicitur tale per qualitatem existentem in alia persona. Quis adeo esset demens, ut diceret Petrum esse album propter albedinem inherenterem Joanni? Sic etiam fieri non potest, ut Filius Dei dicitur incarnatus propter carnem existentem in alia persona, sed propter carnem quam habet in unitate sui suppositi sibi unitam. Numquam etiam diversarum naturarum nomina dicuntur de se invicem, nec in concreto, nec in abstracto, nisi illa duæ naturæ insint eidem personæ: ut gratia exempli, nisi albedo, & frigiditas insint eidem supposito, namquam album dicitur frigidum. Quamvis enim albedo inhereat lacti, & frigiditas ferro, numquam album dicitur frigidum. Si tamen albedo, & frigiditas feriantur in nive, tunc merito dicimus album esse frigidum. Sed homo dicitur Deus, & ea quæ sunt propria hominis, dicuntur de filio Dei: & ea quæ sunt propria Dei, dicuntur de filio hominis. Ergo filius hominis, & filius Dei, una est persona. De illo enim dicitur: (*Joann. 1.*) In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: per quod natura ostenditur divina. De eodem etiam dicitur: Et Verbum caro factum est: ut per hoc natura demonstraretur humana. De illo dicitur: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: quod proprium est Dei. De eodem dicitur quod factus sit ex muliere, quod proprium est hominis. Magi eum adorant, quod soli Deo debetur: sed in præsepio reclinatam invenit, & matris ubera sugentem, quod ad hominem pertinet. Infantia parvuli ostendit humilitate cuniarum, majestas divinitatis declaratur vocibus Angelorum. Quæ sicut hominem diabolica tentat astutia, eundem tanquam Deo Angeli ministrant. Qui lassatus ex itinere velut homo sedit supra puteum, idem clamat, & dicit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Qui sitiens velut homo, petit à Samaritana potum, idem velut Deus dicit: (*Joann. 4.*) Si scitis res donum Dei, & quis est qui petit à te bibere, tu forsitan petisses ab eo, & daret tibi aquam vivam, de qua qui biberit, non sitiet iterum. Qui esurit velut homo, (*Joann. 6.*) idem velut Deus de quinque panibus, & duobus piscibus satiavit quinque millia hominum. (*Joann. 11.*) Quis miseracionis affectu velut homo desset amicum mortuum, idem sublato lapide quadriduane sepulture velut Deus excitat redvivum. Is qui velut homo cruci affixus erat, idem velut Deus latroni paradysum promittit, lucem in tenebris convertit, & omnia elementa tremere facit. (*Luc. 23.*) Licer tamen unus, & idem sit in duabus naturis, aliud est quod illi debetur juxta majestatem divinitatis, aliud quod dispensative habuit juxta humilitatem humanitatis. In uno convulsat miraculis, juxta aliud succumbit injuriis. Et sicut secundum divinitatem ab æqualitate paternæ gloriæ non recessit, ita juxta humanitatem naturam nostri plasmatis non reliquit. Et licet aliquando nominetur unius tantum naturæ nomine, non propterea intelligendum est alteram ab illo excludi: ut gratia exempli, si dicatur, filius hominis tradetur gentibus ad illudendum, flagellandum, & conspuendum: quia ibi solum nominatur filius hominis, non propterea credendum est filium Dei non fuisse traditum, sed personam in sola humana natura existentem. Hoc enim esset absurdum. Nam & filius Dei patitur, & filius hominis patitur: quia idem est filius Dei, & hominis. Cunct

autem dicitur filius Dei, aut filius hominis, et si ibi in qualibet voce una tantum exprimat natura, duæ tamen dantur intelligi duplici ratione. Una, quia vox illa, filius hominis, aut illa filius Dei, non est nomen naturæ, sed nomen suppositi: in quo quum fiat duæ naturæ, ambæ dantur intelligi, quia per nomen suppositi datur intelligi totum suppositum prout est. At cum sit in duabus, et si non explicetur nisi una, non tamen per hoc separatur ab altera. Altera ratio est, quia sæpe nomine Patris datur intelligi totum, & nomine unius naturæ datur intelligi totum suppositum in duabus naturis subsistens: ut gratia exempli, homo res quædam est, ex duabus naturis admodum diversis composita, corpore videlicet, & anima, & tamen nomine unius illarum sæpe totus homo denotatur: quem modum loquendi non abhorrent sacra litera. In Genesi etenim cap. 26. quum enumerantur omnes, qui cum Jacob ingressi sunt Ægyptum, sic legitur: *Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum, & egressæ sunt de semore ejus, absque uxoris filiorum ejus, sexaginta & sex.* Et post pauca iterum: *Omnes animæ domus Jacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta.* Ecce hic vides nomine animæ totum hominem designari. Vide etiam eum nomine carnis significatum. *Non permanebit*, inquit Deus Genes. 6. *spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.* At caro nomen est proprium alterius tantum naturæ duarum, ex quibus homo componitur. Quod si hoc bene considerasset Nestorius, nunquam in tam impiam lapsum fuisset hæresim, duas personas distinguens propter duas quas cognoscebat naturas: nam ex rebus creatis posset quodammodo in tam admirabilis sacramenti cognitionem pervenire. Nam homo et si duas naturas habeat valde diversas, una tamen est persona, diversas denominationes suscipiens propter diversitatem naturarum, quoniam mortalis dicitur, & hoc propter solum corpus quod moritur, quamvis anima immortalis sit. Dicitur etiam intelligens ratione animæ, quæ sola in homine intelligit. Dicamus cum catholica Ecclesia sentiens, Christum Dei filium duas habere naturas, divinam videlicet, & humanam, inconfusas in unitate suppositi, sine ulla earum mixtione unitas, ita ut unus, & idem sit Dei filius, & hominis filius. Qui vero aliter sentit, ut duos faciat filios, unum hominis, alterum Dei, est Antichristus, ut Joannes Evangelista, cap. 4. ait: *Omnis (inquit) spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus: quamquam in codicibus Græcis non sic habeatur, sed sic: Omnis spiritus, qui non confitetur Jesum in carne venisse, ex Deo non est.* Verum hæc lectionis varietas ut alia sit apud Latinos quam apud codices Græcos nunc reperitur, inde evenit, quod (ut ait historia Tripartita, lib. 12. cap. 4.) hæretici hunc sensum ex veteribus exemplaribus abstrulerunt, qui volebant separare ab hominis dispensatione divinitatem, itaque raterunt id quod illis apertissime obviabat, sicut alias sæpissime eos fecisse constat. Sed Erasmus Roterodamus in suis annotationibus super novum testamentum editis, suspicatur hanc particulam, quæ nunc in Latinis codicibus habetur, adversus hæreticos esse additam, quorum alii Christo sic tribuebant humanam naturam, ut adimerent divinam; alii sic tribuebant divinam, ut adimerent humanam. Hanc autem suam suspensionem cum aliquo modo confirmaverit Erasmus, non tamen sic eam mordicus tenet, quin liberum dimittat cuilibet suum judicium, ut sentiat prout velit. Quapropter juxta libertatem ab eo donatam lo-

quens, dico magis consonum esse, particulam illam non esse additam. Primo, quia et si Ecclesia hanc habeat consuetudinem, ut propter novas hæreses insurgentes, novas effingat voces, nunquam tamen reperietur, ut in sacris litteris aliquid addiderit minueritve. Sed forte dicit, hoc non ab Ecclesia additum, sed ab aliquibus doctis viris quod postea successu temporum sic ab omnibus susceptum est. Verum hoc negari non potest, à quorum fragmentis in unum confarcinatis, Historia illa Tripartita nomen accepit, Græcos fuisse, & Græce scripsisse, qui è Græco in Latinum per Epiphanium Scholasticum, horaturo Calsiodori, versi sunt. At auctor ille, unde hoc sumptum est, dicit in antiquis exemplaribus sic haberi: *Omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo est.* Non ergo apud solos Latinos sic habetur, sed apud Græcos sic tunc habebatur. Fieri ergo potuit, ut antiqua exemplaria perderentur, & supersit illa sola, quæ ab hæreticis depravata sunt, & quæ ab illis exemplaribus fuere transscripta. Præterea idem auctor historia dicit, veteres interpretes hoc ipsum designasse, quod aliqui adulterant hanc epistolam, solve re hominem à Deo volentes. Auctorem vero illum, unde hoc sumptum est, constat esse Socratem: quoniam à principio undecimi libri usque ad finem duodecimi, in quo ista narratur, nullus alius intitulatur quam Socrates, qui, ut constat ex ultimis verbis historiae, tempore Theodosii junioris fuit, quo tempore etiam fuit Nestorius. Rufinus, beatus Leo Papa hujus nominis primus, in epistola ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum, contra Eutychem hæreticum agens, verba illa adducit: *Omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est.* Leo autem hic valde vicinus fuit Nestorio, immo (ut conjicere possum) coævus, quamvis forte non fuerit Papa tempore Nestorii: quoniam Nestorius tempore Papæ Cælestini fuit, sub quo celebratum est Concilium Ephesium, in quo damnatus est Nestorius. Cælestinus autem (ut Platina testatur) præfuit Ecclesie annis octo, mensibus decem. Post Cælestinum præfuit eidem universali Ecclesie Sixtus tertius, annis octo. Post istum successit Leo, de quo nunc agimus, qui particulam illam, prout nos nunc habemus, citat. Quod si illa fuisset tunc addita, non fuisset adeo demens, ut contra hæreticum agens, testimonio suppositio, aut addito uteretur. Quapropter mihi magis placet, ut dicamus illam esse veram litteram, quam nunc codices Latini continent, & Græcos codices fuisse (prout Historia Tripartita refert) ab hæreticis depravatos. Et ita hoc testimonio Joannis adjuti, dicimus Nestorium de spiritu Antichristi fuisse, quoniam omnis spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus. Quis autem est, qui verius solvit Jesum, quam Nestorius, qui divinam à Christo separat naturam, duas ponens personas, unam deitatis, aliam carnis? dissolvens illum admittibilem nexum utriusque naturæ in unitate suppositi. Contra hanc hæresim est Concilii Ephesini definitio, in qua post multa quæ illic contra Nestorium ex sacrae scripturæ testimoniis definiuntur, sic decernitur: Igitur quia Deum carne unitum juxta substantiam, sancta virgo corporaliter peperit, ideo eam Dei genitricem esse profiteamur, non quod verbi natura existendi principium de carne sortita sit (erat enim in principio verbum, & Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum, & ipse conditor sæculorum Patri coævus, & universitatis conditor) sed quod, ut superius diximus, iuxta substantiam sibi met uniens humanam naturam, navitatem

sus-

sustineret ex ipsa vulva corporea. Hæc Concilium Ephesium. Contra hanc hæresim scripsit beatus Cyrillus in libro de Recta Fide ad Theodosium: in quo libro contra plures hæreticos disputat, præcipue tamen contra hanc Nestorii hæresim. Gelasius Papa etiam adversus Nestorium, & Eutychem librum de duabus naturis in una persona. Joannes Papa alium parvum libellum de eadem re redidit. Gemadius etiam scripsit adversus Nestorium, sed hujus opus non vidi. Joannes Calsianus etiam scripsit opusculum de Incarnatione Verbi contra Nestorium, quod nunc recens est in Germania excusum.

Quarta hæresis est huic præcedenti omnino opposita, & quodammodo declinat ad secundam hæresim. Hæc autem quarta hæresis dicit unam esse personam Christi, & in hoc bene contra Nestorium: sed sicut Nestorius propter duas quas videbat in Christo naturas, duas etiam dixit personas, ita etiam hæc hæresis propter unam quam fide tenebat esse Christi personam, cogit ut ignorantiam unam tantum in Christo ponere naturam, videlicet divinam. Quia tamen videbat aperta facta scripturæ testimonia probantia Christum veram carnem habere, secundum quam natus sit de virgine, & pro nobis passus, & mortuus, dicit & fatetur filium Dei esse incarnatum, sed in ipso incarnationis momento carnem fuisse conversam in divinitatem. Hujus erroris auctor exiit quidam Eutyches, Abbas cujusdam Monasterii in Constantinopoli tempore Leonis Papæ, hujus nominis primi, & Martiani Imperatoris. Hic Eutyches dixit Christum unam tantum habuisse naturam, videlicet divinam, sicut una erat persona; quia esset fatetur Verbi incarnationem, post illam tamen unionem dicebat carnem fuisse conversam in deitatem, & ita secundum eum facta est una carnis, deitatisque substantia: quapropter coactus fuit concedere Christum fuisse passum secundum naturam divinam: quia per incarnationem carnis substantia, ut videbat, fuerat in substantiam divinitatis conversa. Hanc hæresim quem Flavianus Constantinopolitanus Episcopus damnasset, cum Eutyche illius auctore, ortum est hæc de causa aliquod dissidium inter Christianos orientales, quibusdam defendentibus Eutychem, aliis eum damnantibus. Quapropter annuente Imperatore Theodosio juniore, synodus Ephesina indicitur: in qua præfidente Dioscoro Alexandrinæ urbis Episcopo, eodem Eutychem errore (ut postea patuit) infecto, Eutyches refutitur, & Flavianus damnatur. Et hæc vocatur secunda Ephesina synodus, quæ à catholicis omnibus, velut execranda, & maledicta rejicitur: quoniam nec summi Pontificis auctoritate celebrata, nec ad eam ex Ecclesia catholica factus est generalis conventus: sed solis hæreticis convenientibus definitum est tale venenosum dogma. Post hanc Eutychem, & Dioscorum illius fautorem, parvo tempore elapso, surrexerunt alii hæretici, dicti Acephali, sic nominati, quoniam simul insurgentes, nullus repertus est, qui illorum esset princeps, atque magister. Hi duas in Christo negabant naturas, sed unam tantum affirmantes, videlicet divinam, eandem dicebant fuisse crucifixam. Et quoniam in Chalcedonensi Concilio hujus oppositum fuerat definitum contra Eutychem, & Dioscorum, hi nolunt acquiescere definitionibus ejusdem Chalcedonensis Concilii. Hæc hæresis, si bene quisque consideraverit, ab expugnatione trium præcedentium hæresum manet expugnata. Probato siquidem, ut jam probavimus, in Christo duas esse naturas, divinam videlicet, & humanam in unitate per-

Tom. I.

sonæ: conclusum tunc est contra istos, qui unam tantum naturam astruunt. Sed quoniam modum, & rationem unius tantum naturæ asserunt, dicentes substantiam carnis fuisse conversam in divinitatem, & divinitatem dicunt passam in cruce esse: hæc duo sunt à nobis pro viribus Deo duce explodenda, ut tam nefanda blasphemia non audiat. Si Christus unum tantum habet naturam, aut illa natura est omnino simplex sine ulla compositione, aut est natura composita. Si natura illa unica, quam dicunt esse in Christo, est simplex sine ulla compositione, & illa natura est divina, erit ergo Christus tantum Deus, & non homo. Non enim fieri potest ut homo dicatur, qui naturam non habet humanam: sicut album non potest dici, quod non habet albuminem. Hoc autem in expugnatione secundæ hæresis rejecimus: ubi probavimus Christum verum fuisse hominem. Et revera hæc Eutychemis hæresis valde conformis est hæresi Valentini, aut Apellis, aut Manichæi: quoniam is Eutyches (ut Flavianus Constantinopolitanus Episcopus, ait in epistola, quam Leoni Papæ hujus nominis primo misit, prodens Eutychemis errores) dixit carnem domini non esse nobis consubstantialem tantquam ex nobis susceptam, & coadunatam Dei verbo, sed dicebat virginem quæ eum genuit secundum carnem, consubstantialem nobis esse, ipsum autem dominum non suscepisse carnem ex ea consubstantialem nobis. Quæ omnia jam impia, & absurda esse superius convincimus. Si autem illa natura, quam in Christo ponunt, non sit simplex, sed composita, ut puta tertia quædam ex duabus coalita, tunc sequeretur Patrem, & Spiritum Sanctum esse incarnatos, & virginem Christi matrem esse Deum, & hominem simul: quæ omnia sunt hæretica. Quod tamen oportet esse ista concedere, sic convincimus, quoniam Christus Dei filius (ut catholica confitetur Ecclesia juxta definitionem Niceni Concilii) consubstantialis est Patri, id est, ejusdem cum illo substantiæ, & naturæ. Si ergo filius Dei (ut isti hæretici dicunt) per unam, quam solum habet naturam, incarnatus dicitur, & homo appellatur: ergo Pater, qui eandem habet naturam quam Filius, incarnatus etiam dicitur, & homo vocabitur. Et eodem modo potest argui de Spiritu Sancto, quia Spiritus Sanctus (ut in Concilio Constantinopolitano primo Ecclesia definiit) ejusdem est cum Patre, & Filio substantiæ: quapropter eadem ratione dicitur Spiritum Sanctum fuisse incarnatum, & esse hominem. Quæ omnia esse erronea, nullus est fidelis quod non videat. Et quoniam (ut suspicari possum ex dictis Gelasii Papæ contra Eutychem scribentis) hoc modo posuit Eutyches unam in Christo naturam quasi compositam, & velut tertiam ex duabus resultantem, quoniam Eutyches dicebat ante incarnationem duas fuisse naturas, sed post incarnationem unam tantum mansisse naturam, quia tunc quædam veluti confusio, aut compositio facta est naturarum: & adert Gelasius Papa exemplum eorum, quo suum errorem confirmare nituntur. Quemadmodum (inquiunt) homo una est natura ex duabus aliis composita, qua compositione, & unione facta, tertia resultat, quæ nulla illarum est: sic dicunt esse in incarnatione Verbi, ut ante incarnationem duæ fuerint naturæ, post incarnationem una tantum manserit, duabus illis in unam (ut ajunt) coeuntibus. Ideo adversus hanc compositionem secundo arguamus. Sic exponentes, nunquam Christum faciunt duas naturas habentem. Non enim eas habuit ante unionem, quia tunc

Mm

se.